sepeliam. Ascendam igitur &
sepeliam patrem meum: ac revertar.
Dixitque ei Pharao. Ascende et sepeli
patrem tuum sicut adiuratus es. Quo
ascendente ierunt cum eo omnes
senes domus Pharaonis: cunctique
maiores natu terrae Aegypti. Do-
mus Joseph cum fratribus suis:
absque parvulis et gregibus atque
armentis: quae dereliquerant in ter-
ra Gessen. Habuit quoque
in comitatu currus et equites &
facta est turba non modica. Ve-
neruntque ad aream Athad: quae
sita est trans Iordanem. Ubi cele-
brantes exequias planctu magno
atque vehementi impleverunt septem
dies. Quod cum vidissent habi-
tatores terrae Chanaan: dixerunt.